Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXXII. De viris ecclesiasticis qui nostra aetate floruerunt, & quinam ex ipsis usque ad eversionem ecclesiarum superfuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

in orbem Romanum effudit. Ex quo impium Manichæorum nomen exortum; multis in locis ad hunc uſque diem exuberat. Ejuſmodi fuit origo adulterinæ illius doctrinæ, quæ ſuprà memoratis temporibus emerſit.

Caput XXXII.

De viris eccleſiaſticis qui noſtra ætate floruerunt, & quinam ex ipſis uſque ad everſionem eccleſiarum ſuperfuerint.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 34. 35. 36. 37.

Qua tempeſtate cùm Felix quinq; annis Romanam gubernaſſet Eccleſiam, Eutychianus in ejus locum ſucceſſit. Qui vix decem menſibus in epiſcopatu tranſactis, Caïo qui noſtra ætate vixit, ſedem ſuam reliquit. Hic cùm annis circiter quindecim eccleſiæ præfuiſſet, ſucceſſorem habuit Marcellinum: in cujus etiam tempora incidit perſecutio. Iiſdem temporibus Antiochenæ eccleſiæ poſt Domnum Timæus præfuit: cui ſucceſſit noſtra memoria Cyrillus. Sub hoc Dorotheum virum doctiſſimum, Antiochenę tunc eccleſię Preſbyterum cognovimus. Qui cum ſtudioſiſſimus eſſet ſacrarum Scripturarum, Hebraïcam quoq; linguam addidicit, adeout ipſos etiam Hebraïcos Codices peritiſſimè legeret. Erat hic ingenio admodum liberali, & humanioribus diſciplinis apprimè eruditus: Ceterùm ab ipſo matris utero Eunuchus. Unde & Imperator tanquam miraculo obſtupefactus, eum in familiaritatem ſuam adſcivit, & baphii quod eſt apud Tyrum Procuratorem conſtituit. Hunc nos ſacras Scripturas in Eccleſia non inſcitè exponentem audivimus. Poſt Cyrillum Tyrannus epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ ſuſcepit: cujus tempore Eccleſiarum vaſtatio maximè viguit. Apud Laodiceam verò poſt Socratem epiſcopus fuit Euſebius, domo Alexandrinus. Cauſam ex patria migrandi ei præbuit negotium Pauli Samoſatenſis. Cujus gratiâ cum in Syriam veniſſet, ab iis qui cæleſtium rerum amore illic flagrabant detentus, domum redire prohibitus eſt. Qui quidem noſtra memoria amabilis quidam religionis theſaurus fuit, quemadmodum ex verbis etiam Dionyſii ſuperiùs allatis facilè cognoſci poteſt. Huic deinde ſubſtitutus eſt Anatolius, bonus quod ajunt boni viri ſucceſſor: ipſe quoque domo Alexandrinus. Hic tum in liberalibus diſci-

A ὥσπερ τινὰ θανατηφόρον ἰὸν ἐξωμόρξατο· ἀφ' οὗ δὴ τὸ Μανιχαίων δυσσεβὲς ὄνομα, τοῖς πολλοῖς εἰσέτι νῦν ἐπιπολάζει. τοιαύτη μὲν οὖν ἡ καὶ τῆσδε τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ὑπόθεσις, κατὰ τοὺς δεδηλωμένους ὑποφυεῖσα χρόνους.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς διαπρεψάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν· τίνες τε αὐτῶν μέχρι τῆς τῶν ἐκκλησιῶν πολιορκίας ἔμειναν.

Καθ' οὓς Φήλικα τῆς Ῥωμαίων προεστῶτα ἐκκλησίας ἔτεσι πέντε, Εὐτυχιανὸς
B διαδέχεται· οὐδ' ὅλοις δὲ μησὶν ἐπὶ δέκα διαγενόμενον, Γαΐῳ τῷ καθ' ἡμᾶς καταλείπει τὸν κλῆρον. καὶ τούτου δ' ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη προστάντος, Μαρκελλῖνος κατέστη διάδοχος. ὃν καὶ αὐτὸν ὁ διωγμὸς κατείληφε. κατὰ τούσδε τῆς Ἀντιοχέων ἐπισκοπῆς μετὰ Δόμνον ἡγήσατο Τίμαιος· ὃν ὁ καθ' ἡμᾶς διεδέξατο Κύριλλος. καθ' ὃν Δωρόθεον πρεσβείου κατὰ Ἀντιόχειαν ἠξιωμένον τὴν τηνικάδε λόγιον ἄνδρα ἔγνωμεν. φιλόκαλος δ' οὗτος
C περὶ τὰ θεῖα γεγονώς, καὶ τῆς Ἑβραίων ἐπεμελήθη γλώττης. ὡς καὶ αὐταῖς ταῖς Ἑβραϊκαῖς γραφαῖς ἐπιστημόνως ἐντυγχάνειν. ἦν δ' οὗτος τῶν μάλιστα ἐλευθερίων, προπαιδείας τε τῆς καθ' ἕλληνας οὐκ ἄμοιρος· τὴν φύσιν δ' ἄλλως Εὐνοῦχος, οὕτω πεφυκὼς ἐξ αὐτῆς γενέσεως, ὡς καὶ βασιλέα διὰ τοῦτο οἷόν τι παράδοξον αὐτὸν οἰκειώσασθαι, καὶ τιμῆσαί γε ἐπιτροπῇ τῆς κατὰ Τύρον ἁλουργοῦ βαφῆς. τούτου μετρίως τὰς γραφὰς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας διηγουμένου κατηκούσαμεν. μετὰ δὲ Κύριλλον Τύραννος τῆς Ἀντιοχέων παροικίας τὴν Ἐπισκοπὴν διεδέξατο. καθ' ὃν ἤκμασεν ἡ τῶν ἐκ-
D κλησιῶν πολιορκία. τῆς δ' ἐν Λαοδικείᾳ παροικίας ἡγήσατο μετὰ Σωκράτην Εὐσέβιος, ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων ὁρμηθεὶς πόλεως. αἰτία δ' αὐτῷ τῆς μεταναστάσεως ὑπῆρξεν ἡ κατὰ τὸν Παῦλον ὑπόθεσις. δι' ἣν τὴν Συρίας ἐπιβάς, πρὸς τῶν τῇδε περὶ τὰ θεῖα ἐσπουδακότων, τῆς οἴκαδε πορείας εἴργεται. ἐπέραστόν τι θεοσεβείας χρῆμα τῶν καθ' ἡμᾶς γενόμενος, ὡς ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν παρατεθεισῶν Διονυσίου φωνῶν διαγνῶναι ῥᾴδιον. Ἀνατόλιος αὐτῷ διάδοχος, ἀγαθὸς φασὶν ἀγαθοῦ, καθίσταται· γένος μὲν καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρεύς. λόγων δ' ἕνεκα καὶ παιδείας τῆς

ἑλλήνων φιλοσοφίας τε, τὰ πρῶτα τῶν μά-
λιστα καθ' ἡμᾶς δοκιμωτάτων ἀπενηνεγμέ-
νος, ἅτε Ἀριθμητικῆς καὶ Γεωμετρίας Ἀστρο-
νομίας τε καὶ τῆς ἄλλης Διαλεκτικῆς ἔπι τε
φυσικῆς θεωρίας, Ῥητορικῶν τε αὖ μαθημά-
των ἐληλακὼς εἰς ἄκρον· ὧν ἕνεκα, καὶ τῆς ἐπ' Ἀ-
λεξανδρείας Ἀριστοτέλους διαδοχῆς τὴν δια-
τριβὴν, λόγος ἔχει πρὸς τῶν τῇδε πολιτῶν συ-
στήσασθαι αὐτὸν ἀξιωθῆναι. μυρίας μὲν οὖν
τοῦδε καὶ ἄλλας ἀριστείας ἐν τῇ κατ' Ἀλεξάν-
δρειαν τοῦ Πυρουχείου πολιορκίᾳ μνημονεύουσιν·
ἅτε τῶν ἐν τέλει προνομίας ἐξαιρέτου πρὸς
ἁπάντων ἠξιωμένου· δείγματος δ' ἕνεκα, μόνου
τοῦδε ἐπιμνησθήσομαι. τοῦ πυροῦ, φασὶ, τοῖς
πολιορκουμένοις ἐπιλελοιπότος, ὡς ἤδη τῶν
ἔξωθεν πολεμίων μᾶλλον αὐτοῖς τὸν λιμὸν ἀ-
φόρητον καθεστάναι. παρὼν ὁ δηλούμενος, οἰκο-
νομεῖταί τι τοιοῦτον. θατέρου μέρους τῆς πόλεως
τῷ Ῥωμαϊκῷ συμμαχοῦντος στρατῷ, ταύτῃ τε
τυγχάνοντος ἀπολιορκήτου. τὸν Εὐσέβιον (ἔτι
γὰρ εἶναι τότε αὐτόθι πρὸ τῆς ἐπὶ Συρίαν με-
ταναστάσεως) ἐν τοῖς ἀπολιορκήτοις ὄντα, μέγα
τε κλέος καὶ διαβόητον ὄνομα μέχρι καὶ τοῦ Ῥω-
μαίων στρατηλάτου κεκτημένον, περὶ τῶν λιμῷ
διαφθειρομένων κατὰ τὴν πολιορκίαν πέμψας
ὁ Ἀνατόλιος ἐκδιδάσκει. ὁ δὲ μαθὼν, σωτηρίαν
τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων αὐτομόλοις παρασχεῖν,
ὡς ἐν μεγίστῃ χάριτι δωρεᾶς τὸν Ῥωμαίων στρα-
τηγὸν αἰτεῖται. καὶ τῆς ἀξιώσεως γε τυχὼν,
ἐμφανὲς τῷ Ἀνατολίῳ καθίστησιν. ὁ δὲ αὐτίκα
τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενος, βουλὴν τῶν Ἀλε-
ξανδρέων συναγαγὼν, τὰ μὲν πρῶτα πάντας
ἠξίου φιλικὴν δοῦναι Ῥωμαίοις δεξιάν· ὡς δ'
ἀγριαινόντας ἐπὶ τῷ λόγῳ συνεῖδεν, ἀλλ' οὐ τοῦ-
τό γε, φησὶν, ἀντιλέξειν ποθ' ὑμᾶς οἴομαι, εἰ
τοὺς περιττοὺς καὶ ἡμῖν αὐτοῖς οὐδαμῇ χρησίμους,
γρᾳδίας καὶ νήπια καὶ πρεσβύτας, ἐκδοῦναι
πυλῶν ἔξω βαδίζειν ὅποι καὶ βούλοιντο συμ-
βουλεύσαιμι. τί γὰρ δὴ τούτους εἰς μάτην ὅσον
οὔπω τεθνηξομένους, παρ' ἑαυτοῖς ἔχοιμεν; τί
δὲ τοὺς ἀναπήρους καὶ τὰ σώματα λελωβημέ-
νους, τῷ λιμῷ κατατρύχομεν; τρέφειν δέον
μόνους ἄνδρας καὶ νεανίας, καὶ τὸν ἀναγκαῖον πυ-
ρὸν τοῖς ἐπὶ φυλακῇ τῆς πόλεως ἐπιτηδείοις τα-
μιεύεσθαι. τοιούτοις τισὶ λογισμοῖς πείσας τὸ
συνέδριον, ψῆφον πρῶτος ἀναστὰς ἐκφέρει.
πᾶν τὸ τῇ στρατείᾳ μὴ ἐπιτήδειον εἴτε ἀνδρῶν

A plinis, tum in Philoſophia Principem
inter doctiſſimos noſtri temporis vi-
ros locum ſine controverſia tenuit:
quippe qui ad ſummum apicem Arith-
meticæ, Geometriæ atque Aſtrono-
miæ; adhæc ad Dialecticæ & Phyſi-
cæ ac Rhetoricæ ſupremum faſtigium
perveniſſet. Qua de cauſa rogatus
fuiſſe dicitur ab Alexandrinis, ut Ari-
ſtotelicæ ſucceſſionis ſcholam ibi-
dem institueret. Plurimæ quoque res
ab eo præclarè geſtæ Alexandriæ in
obſidione Bruchii referuntur; quippe
qui inter civitatis Proceres præcipuam
honoris prærogativam omnium con-
B ſenſu adeptus eſſet. Sed unum dunta-
xat facinus exempli gratiâ commemo-
rabo. Cum frumentum, ut ajunt, ob-
ſeſſis deficeret, adeò ut hoſtium im-
petum facilius quam famem tolera-
rent; Anatolius qui cum obſeſſis erat,
hujuſmodi quiddam providè excogi-
tavit. Altera pars civitatis cum exer-
citu Romano ſocietate conjuncta erat,
ac proinde minimè obſeſſa. In hac
verſabatur Euſebius (nondum enim ad
partes Syriæ migraverat) cujus cele-
bre nomen & inſignis gloria, ad aures
etiam Romani ducis pervenerat. Hunc
Anatolius miſſo clam nuntio certiorem
C facit de numero eorum qui fame in
obſidione interirent. Quo comperto
Euſebius à Romano duce maximi be-
neficii loco poſtulavit, ut iis qui
transfugere ab hoſtibus vellent, inco-
lumitatem concederet. Id cum impe-
traſſet, ſtatim Anatolio indicavit. Ille
promiſſione ducis libenter accepta,
Alexandrinum convocat Senatum. Ac
primum quidem ſuadere cœpit omni-
bus, ut cum Romanis in gratiam red-
irent. Sed cum illos hujuſmodi verbis
exaſperatos videret: At hoc certè,
inquit, nequaquam vos arbitror re-
D pudiaturos, ſi vobis ſuaſero, ut ſuper-
vacuam atque inutilem turbam, anus
ſcilicet & infantes ac ſenes, extra
portas abire quò volent ſinatis. Quid
enim iſtos jamjamq; morituros retine-
mus nobiſcum? Cur eos qui debilita-
to penitus ac mutilato ſunt corpore,
fame inſuper conficimus? Cum viros
duntaxat ac juvenes alere oporteat, &
neceſſarium frumentum iis qui ad ur-
bis cuſtodiam idonei ſunt diſpenſa-
re. Hujuſmodi rationibus cum Se-
natum in ſententiam ſuam pertraxiſ-
ſet, ipſe primus exſurgens cenſet, o-
mnem imbellem multitudinem tam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

viriliſquam muliebris ſexus ex urbe emittendam eſſe; quippe cùm iis ſi diutius remanerent, & nullatenus Reipublicæ utiles morarentur, nulla ſpes ſalutis ſupereſſet, fame utique perituris. Hanc ſententiam cum omnes qui in Senatu erant comprobaſſent, univerſos fere obſeſſos Anatolius ſervavit. Primum enim operam dedit ut noſtræ religionis viri; deinde ut alii etiam cujuslibet ætatis: nec ii duntaxat quibus Senatus licentiam dederat, verum etiam alii plures hujuſmodi obtentu latenter aufugerent: muliebri veſte induti, noctuque extra civitatis portas ejus operâ educti, & ad Romanorum caſtra tranſgreſſi. Ibi Euſebius cunctos excipiens diuturna obſidione maceratos, quaſi quidam pater ac medicus omni cura ac providentia recreavit. Hujuſmodi duos paſtores continua ſerie ſibi ſuccedentes, Laodicenſis eccleſia divino nutu ſortita eſt, cum uterque eorum poſt ſupradicti belli tempora ex Alexandrina urbe in Syriam migraviſſet. Ceterùm Anatolius non admodum multos compoſuit libros. Verum ex iis qui ad nos pervenerunt, eloquentiam ſimul & multiplicem ejus eruditionem abundè licet cognoſcere; præcipuè verò ex iis in quibus ſuam de Paſcha ſententiam confirmat. Unde etiam nonnulla hoc loco referre operæpretium fuerit. EX Canonibus Paſchalibus Anatolii. Habes igitur in primo anno novilunium primi menſis, quod caput eſt totius circuli novemdecim annorum; ſecundum Ægyptios quidem die viceſima ſexta menſis Phamenoth: juxta Macedones verò die viceſimo ſecundo menſis Dyſtri: ut autem Romani dicerent, ante diem undecimum Calendarum Aprilium. Porrò in ſupradicta die viceſima ſexta menſis Phamenoth, Sol reperitur non modo primum ingreſſus ſegmentum, verumetiam quartum in ea diem percurrens. Hanc partem primum dodecatemorium, & æquinoctium; & menſium initium, & caput circuli, & carceres curſus planetarum vocare ſolent. Quæ verò hanc partem proximè antecedit, finis menſium & ſegmentum duodecimum, & ultimum dodecatemorium, & terminus circuitus planetarum vocatur. quamobrem qui primum menſem in ea ſtatuunt, & quartamdeci-

A εἴτε γυναικῶν γένος, ἀπολύειν τῆς πόλε-
ὅτι μὴ δὲ καταμένουσιν αὐτοῖς τε εἰς τὸ ἀχ-
ἐν τῇ πόλει διατρίβουσιν, ἐλπὶς ἂν γένοιτο σω-
τηρίας. πρὸς τοῦ λιμοῦ διαφθαρησομέν-
ταύτῃ δὲ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῇ βουλῇ συ-
κατατεθειμένων, μικροῦ δεῖν τοὺς πάντας τ-
πολιορκουμένων διεσώσατο. ἐν πρώτοις μ-
τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλ-
τῶν κατὰ τὴν πόλιν πᾶσαν ἡλικίαν, διαδιδρά-
σκειν προμηθούμενος, οὐ μόνον τῶν κατὰ τ-
ψῆφον δεδογμένων. τῇ δὲ τούτων προφάσ-
καὶ μυρίους ἄλλους λεληθότως γυναικ-
B στολὴν ἀμπεχομένους, νύκτωρ τε τῇ ἐκεί-
φροντίδι τῶν πυλῶν ἐξιόντας, καὶ ἐπὶ τ-
Ῥωμαίων στρατιὰν ὁρμῶντας. ἔνθα τοὺς πά-
τας ὑποδεχόμενος ὁ Εὐσέβιος, πατρὸς κ-
ἰατροῦ δίκην, κεκακωμένους ἐκ τῆς μακρᾶς π-
λιορκίας, διὰ πάσης προνοίας καὶ θεραπεί-
ἀνεκτᾶτο. τοιούτων ἡ κατὰ Λαοδίκειαν ἐκκλη-
δύο ἐφεξῆς κατὰ διαδοχὴν ἠξιώθη ποιμέ-
σὺν θείᾳ προμηθείᾳ μετὰ τὸν δηλωθέντα π-
λεμον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐπὶ τα-
δε μετεληλυθότων. οὐ μὲν οὖν ἐσπουδα-
πλεῖστα τοῦ Ἀνατολίου συγγράμματα. τοσα-
C δ' εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθε, δι' ὧν αὐτοῦ καταμα-
δυνατὸν ὁμοῦ τό, τε λόγιον καὶ πολυμαθὲς,
οἷς μάλιστα τὰ περὶ τοῦ Πάσχα δόξαντα π-
ρίστησιν. ἀφ' ὧν ἀναγκαῖον ἂν εἴη, τούτων
τοῦ παρόντος μνημονεῦσαι. ἐκ τῶν περὶ τοῦ Πά-
σχα Ἀνατολίου κανόνων. ἔχει τοίνυν ἐν τ-
πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μη-
ἥτις ἁπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεακαιδεκα-
ρίδος. τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ
καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆ-
Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι. ὡς δ' ἂν εἴπ-
D Ῥωμαῖοι, πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλ-
εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προκειμένῃ Φα-
μενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβὰς τ-
πρώτου τμήματος. ἀλλ' ἤδη καὶ τετάρτην ἡ-
μέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος. τοῦτο
τμῆμα, πρῶτον δωδεκατημόριον καὶ ἰσημερι-
νόν, καὶ μηνῶν ἀρχήν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κ-
κλου, καὶ ἄφεσιν τοῦ τῶν πλανητῶν δρ-
μου καλεῖν εἰώθασι· τὸ δὲ πρὸ τούτου, μ-
νῶν ἔσχατον καὶ τμῆμα δωδέκατον καὶ τε-

λευταῖον δωδεκατημόριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐ-
τῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ'

αὐτὴν λαμβάνοντας, οὐ μικρῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν. ἔστι δ' οὐχ ἡμέτερος ὁ λόγος. Ἰουδαίοις δ' ἐγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ. ἐφυλάττετό τε πρὸς αὐτῶν μάλιστα. μαθεῖν δ' ἔστιν, ἐκ τῶν ὑπὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαίου λεγομένων· καὶ οὐ μόνων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων τῶν ἐπίκλην διδασκάλων. Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρί, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωυσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσιν. οὗτοι τὰ ζητήματα κατὰ τὴν ἔξοδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινήν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός· τοῦτο δ' εὑρίσκεσθαι, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιακοῦ, ἢ ὥς τινες αὐτῶν ὠνόμασαν, ζῳοφόρου κύκλου διεξιόντος ἡλίου. ὁ δ' Ἀριστόβουλος προστίθησιν, ὡς εἴη ἐξανάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ. τῶν γὰρ ἰσημερινῶν τμημάτων ὄντων δύο, τοῦ μὲν ἐαρινοῦ. τοῦ δὲ μετοπωρινοῦ, καὶ διαμετρούντων ἄλληλα. δοθείσης τε τῆς τῶν διαβατηρίων ἡμέρας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς μεθ' ἑσπέραν, ἐνστήσεται μὲν σελήνη τὴν ἐναντίαν καὶ διάμετρον τῷ ἡλίῳ στάσιν. ὥσπερ οὖν ἔξεστιν ἐν ταῖς πανσελήνοις ὁρᾶν· ἔσονται δὲ ὁ μὲν κατὰ τὸ ἐαρινὸν ἰσημερινὸν ὁ ἥλιος τμῆμα. ἡ δὲ ἐξανάγκης κατὰ τὸ φθινοπωρινὸν ἰσημερινὸν ἡ σελήνη· οἶδα πλεῖστα καὶ ἄλλα πρὸς αὐτῶν λεγόμενα. τοῦτο μὲν πιθανά. τοῦτο δὲ κατὰ τὰς κυριακὰς ἀποδείξεις προϊόντα. δι' ὧν παριστάνειν πειρῶνται τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων ἑορτήν, δεῖν πάντως μετ' ἰσημερίαν ἄγεσθαι· παρίημι δὲ τὰς τοιαύτας τῶν ἀποδείξεων ὕλας ἀπαιτῶν, ὧν περιῄρηται μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Μωυσέως νόμῳ κάλυμμα. ἀνακεκαλυμμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ λοιπὸν ἤδη Χριστὸν καὶ τὰ Χριστοῦ ἀεὶ κατοπτρίζεσθαι μαθήματά τε καὶ παθήματα. τοῦ δὲ τὸν πρῶτον παρ' Ἑβραίοις μῆνα περὶ ἰσημερίαν εἶναι, παραστατικὰ καὶ τὰ ἐν τῷ Ἐνὼχ μαθήματα. καὶ ἀριθμητικὰς δὲ καταλέλοιπεν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις δέκα συγγράμμασιν εἰσαγωγάς,

A mam paſchalis feſti ex ea deducunt, eos non mediocriter errare affirmamus. Atque hæc opinio non à nobis primùm excogitata eſt; ſed à priſcis Judæis etiam ante Chriſti adventum cognita, & ab iis diligenter obſervata eſt. Idque ex Philonis, Joſephi ac Muſæi verbis licet cognoſcere. Neque ex his duntaxat, verum etiam ex aliis antiquioribus; duobus ſcilicet Agathobulis qui Magiſtri cognominati ſūt; & Ariſtobulo viro præſtantiſſimo, qui unus fuit ex illis ſeptuaginta viris, qui ſacra Hebræorum Volumina in Ptolemæi Philadelphi & B parentis ipſius gratiam Græco ſermone interpretati ſunt: & qui libros explanationum legis Moſaïcæ iiſdem regibus nuncupavit. Hi dum ſolutiones afferunt quæſtionum in Exodum, ajunt cunctos pariter Paſcha immolare debere poſt æquinoctium vernum in medio primi menſis. Id autem contingit cum Sol primam partem ſolaris, aut ut quidam nominant Zodiaci circuli percurrit. Addit præterea Ariſtobulus, in celebranda Paſchali feſtivitate neceſſariò id requiri, ut non modo Sol, ſed & Luna ſegmentum æquinoctiale percur- C rat. Nam cum duo ſint ſegmenta æquinoctialia, alterum vernum, alterum autumnale; eaque ex diametro ſibi viciſſim oppoſita; cumque quartadecima dies menſis ad veſperum Paſchali feſto adſignata ſit, Luna quidem ex adverſo Soli conſiſtet, quemadmodum videre eſt in pleniluniis. Ac Sol quidem vernum æquinoctiale ſegmentum obtinebit: Luna verò ſegmentum autumnalis æquinoctii neceſſariò occupabit. Scio & alia multa ab iiſdem tradi, partim probabilia, partim certiſſimis demonſtrationibus concluſa, qui- D bus ſe putant evidenter oſtendere, Paſcha & feſtum Azymorum omnino poſt æquinoctium eſſe celebrandum. Verum hujuſmodi demonſtrationum copiam exigere prætermittimus, quibus velamen Moſaïcæ legis ablatum eſt: & quibus revelata jam facie Chriſtum Chriſtique doctrinam & paſſionem tanquam in ſpeculo deinceps intueri licet. Ceterùm primum menſem apud Hebræos circa æquinoctium incipere manifeſtè convincitur, vel ex iis præceptis quæ in libro Enoch leguntur. Idem porrò Anatolius etiam decem libros inſtitutionum Arithmeticarum; multa quoque alia ſuæ in ſacris literis diligentiæ atque doctrinæ

monumenta nobis reliquit. Huic Theotecnus Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus primus manus impoſuit, eumque Epiſcopum ordinavit: ſucceſſorem illum Eccleſiæ ſuæ deſpondens. Ambo certè aliquantiſper eandem Eccleſiam ſimul gubernarunt. Poſtea verò cùm eum Synodus adverſus Paulum congregata Antiochiam evocaſſet, per urbem Laodiceam iter faciens, à fratribus illius loci mortuo tunc Euſebio detentus eſt. Defuncto deinde Anatolio, poſtremus ante perſecutionem epiſcopus ejuſdem eccleſiæ factus eſt Stephanus; vir Philoſophiæ quidem & Græcarum diſciplinarum causâ magnam apud multos gloriam conſecutus: verum erga fidem Chriſti haud perinde animo affectus: quemadmodum procedente perſecutionis tempore manifeſtè declaratum eſt, quo ſimulator potius, & ignavus atque imbellis, quàm verus Philoſophus apparuit. At non idcircò ruitura erat eccleſia. Nam continuo eam reſtituit atque inſtauravit epiſcopus ſedis illius ab ipſo omnium Servatore Deo ordinatus Theodotus: qui nominis ſui & epiſcopalis officii veritatem rebus ipſis exhibuit. Ac medicinæ quidem quæ in corporibus curandis conſiſtit, omnium ſine controverſia peritiſſimus fuit: in animarum autem curatione, nullum ſibi parem habuit. Tanta erat hominis humanitas, ſinceritas animi, miſeratio & ſtudium in adjuvandis iis qui ope ipſius indigerent. Idem in divinis diſciplinis admodum exercitatus fuit. Et hujuſmodi quidem exſtitit Theodotus. Apud Cæſaream verò Palæſtinæ poſt obitum Theotecni, qui eccleſiam illam ſumma cum cura gubernaverat, ſucceſſit Agapius. Quem quidem plurimùm etiam laboraſſe, & populi cui præerat commodis benignè conſuluiſſe, cunctoſque ac præſertim pauperes liberalitate ſua ſublevaſſe novimus. Hujus tempore Pamphilum virum diſertiſſimum, vitaque & operibus verè philoſophantem, in eadem eccleſia vidimus Preſbyteri honore decoratum. Qui vir qualis quantuſque exſtiterit, non exigui profectò ſit operis exponere. Verùm nos ſingula quæ ad illius vitam & ad ſcholam ab eodem inſtitutam pertinent; varia quoque confeſſionum certamina perſecutionis tempore ab eo tolerata; ac poſtremò martyrium quo coronatus eſt, peculiari opere com-

A καὶ ἄλλα δείγματα τοῦ περὶ τὰ θεῖα σχολ… αὐτοῦ καὶ πολυπειρίας. τούτῳ πρῶτος ὁ τῆς Πα- λαιστινῶν Καισαρείας Ἐπίσκοπος Θεότεκνος χεῖρας εἰς Ἐπισκοπὴν ἐπιτέθεικε, διάδοχον ἑαυτοῦ μετὰ τελευτὴν προεδρείας τῇ ἰδίᾳ παροικίᾳ προνοούμενος. καὶ δὴ ἐπὶ σμικρόν τινα χρόνον ἄμφω τῆς αὐτῆς προέστησαν ἐκκλησίας. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν τῆς κατὰ Παύλου Συνόδου καλούσης, τὴν Λαοδικέων πόλιν παριών, πρὸς τῶν ἀδελφῶν αὐτόθι κατα- θέντος Εὐσεβίου κεκράτηται. καὶ τοῦ Ἀνατολίου B τὸν βίον μεταλλάξαντος, τῆς ἐκεῖσε παροικίας ὕστατος τῶν πρὸ τοῦ διωγμοῦ καθίσταται Στέφανος· λόγων μὲν φιλοσόφων καὶ τῆς ἄλλης παρ' Ἕλλησι παιδείας, παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμασθείς. οὐχ ὁμοίως γε μὴν περὶ τὴν θείαν πίστιν διατεθειμένος, ὡς προϊὼν ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς ἀπήλεγξεν. εἴρωνα μᾶλλον δειλὸν καὶ ἄνανδρον, ἤπερ ἀληθῆ φιλόσοφον ἀποδείξας τὸν ἄνδρα. οὐ μὴν ἐπὶ τούτῳ γε καταστρέφειν ἤμελλε τὰ τῆς ἐκκλησίας· ἀνορθοῦται δ' αὐτὰ πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων Σωτῆρος. αὐτίκα τῆς αὐτόθι παροικίας Ἐπίσκοπος ἀνα- C δειχθεὶς Θεόδοτος. πράγμασιν αὐτοῖς ἀλη… καὶ τὸ κύριον ὄνομα καὶ τὸν Ἐπίσκοπον ἐπαληθεύσας. ἰατρικῆς μὲν γὰρ σωμάτων ἀπεφέρετο τὰ πρῶτα τῆς ἐπιστήμης· ψυχῶν δὲ θεραπευτικῆς, οἷος οὐδὲ ἄλλος ἀνθρώπων ἐτύγχανε φιλανθρωπίας, γνησιότητος, συμπαθείας, σπουδῆς τῆς τῶν παρ' αὐτοῦ δεομένων ὠφελείας ἕνεκεν. πολὺ δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τὸ περὶ τὰ θεῖα μαθήματα συνησκημένον. τοιοῦτος μὲν δή τις οὗτος ἦν. ἐν Καισαρείᾳ δὲ τῆς Παλαιστίνης σπουδαιότατα Θεότεκνον τὴν Ἐπισκοπὴν διελθόντα, Ἀγάπιος διαδέχεται· ὃν καὶ πολλὰ κά- D μνειν, γνησιωτάτην τε πρόνοιαν τῆς τοῦ λαοῦ προστασίας ἴσμεν πεποιημένον. πλουσίᾳ τε χειρὶ πάντων μάλιστα πενήτων ἐπιμεμελημένον. κατὰ τοῦτον ἐλλογιμώτατον αὐτῷ τε βίῳ φιλόσοφον ἀληθῆ, πρεσβείου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένον, Πάμφιλον ἔγνωμεν· ὃν ὁποῖός τις ἦν καὶ ὅθεν ὁρμώμενος, οὐ σμικρᾶς ἂν γένοιτο δηλοῦν ὑποθέσεως· ἕκαστα δὲ τοῦ καὶ αὐτὸν βίου καὶ ἧς συνεστήσατο διατριβῆς, τούς τε κατὰ τὸν διωγμὸν ἐν διαφόροις ὁμολογίαις ἀγῶνας αὐτοῦ, καὶ ὃν ἐπὶ πᾶσιν ἀνεδήσατο τοῦ μαρτυρίου στέφανον, ἐν ἰδίᾳ τῇ περὶ αὐτοῦ διηγ-

διειλήφαμεν ὑποθέσει. ἀλλ' ἔστι μὲν τῶν τῆδε θαυμασιώτατος. ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς σπανιωτάτους γενομένους ἴσμεν, τῶν μὲν ἐπ' Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρων Πιέριον. Μελέτιον δὲ τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπον. ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο. ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένος. ὁ δὲ Μελέτιος, τὸ μέλι τῆς Ἀττικῆς ἐκάλουν αὐτὸν οἱ ἀπὸ παιδείας, τοιοῦτος ἦν, οἷον ἄν γράψειέ τις τῶν κατὰ πάντα λόγων ἕνεκα τελεώτατον· ῥητορικῆς μέν γε τὴν ἀρετὴν οὐδ' οἷόν τε θαυμάζειν ἐπαξίως. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι αὐτῷ φαίη ἄν τις τὸ κατὰ φύσιν. τῆς δ' ἄλλης πολυπειρίας τε καὶ πολυμαθείας, τίς ἂν τὴν ἀρετὴν ὑπερβάλοιτο; ὅτι δὴ ἐπὶ πάσαις λογικαῖς ἐπιστήμαις, τὸν τεχνικώτατον καὶ λογιώτατον καὶ μόνον πεῖραν αὐτοῦ λαβὼν ἂν εἴπες. ἐφάμιλλα δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς παρῆν τοῦ βίου. τοῦτον κατὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην κλίμασι διαδιδράσκοντα ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ἑπτὰ κατενοήσαμεν. τῆς δ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας μετὰ τὸν σμικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένον Ἐπίσκοπον Ὑμέναιον, Ζάμβδας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦτου κεκοιμημένου, Ἑρμων ὕστατος τῶν μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ, τὸν εἰσέτι νῦν ἐκεῖσε πεφυλαγμένον Ἀποστολικὸν διαδέχεται θρόνον· καὶ ἐπ' Ἀλεξανδρείας δὲ Μάξιμον ὀκτωκαίδεκα ἔτεσι μετὰ τὴν Διονυσίου τελευτὴν ἐπισκοπεύσαντα, Θεωνᾶς διαδέχεται· καθ' ὃν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ ταὐτὸν τῷ Πιερίῳ πρεσβυτερίου ἠξιωμένος Ἀχιλλᾶς ἐγνωρίζετο, τῆς ἱερᾶς πίστεως τὸ διδασκαλεῖον ἐγκεχειρισμένος. οὐδενὸς ἧττον σπανιώτατον φιλοσοφίας ἔργον καὶ πολιτείας Εὐαγγελικῆς τρόπον γνήσιον ἐπιδεδειγμένος. μετὰ δὲ Θεωνᾶν ἐννεακαίδεκα ἔτεσιν ἐξυπηρετησάμενον, διαδέχεται τὴν Ἐπισκοπὴν τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας Πέτρος. ἐν τοῖς μάλιστα καὶ αὐτὸς διαπρέψας ἐφ' ὅλοις δυοκαίδεκα ἐνιαυτοῖς· ὧν πρὸ τοῦ διωγμοῦ τρισὶν οὐδ' ὅλοις ἔτεσιν ἡγησάμενος τῆς ἐκκλησίας, τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον εὐτονώτερα τῇ συνασκήσει

A plexi ſumus. Et Pamphilus quidem ſupra omnes qui hic verſabantur, maximę admirationi fuit. Inter eos verò qui proximè ad noſtra uſque tempora acceſſerunt, ſingulares atq; eximios viros novimus, Pierium quidem Alexandrinæ urbis Preſbyterum; Meletium verò Ponticarum eccleſiarum epiſcopum. Ac Pierius quidem ſpontanea paupertate & Philoſophicis diſciplinis illuſtris, in ſacrarum literarum contemplatione atque expoſitione, & in eccleſiaſticis concionibus apprimè exercitatus fuit. Meletius verò, quem vulgò mel Atticum docti homines vocabant, talis omninò
B fuit, qualem quis hominem perfectiſſimum in omni genere doctrinæ vellet deſcribere. Eloquentiam quidem quod attinet, nemo illum pro merito laudaverit. Sed hanc facultatem à natura ipſi inſitam fuiſſe aliquis fortaſſe dicet. Reliquam verò peritiam ac multiplicem eruditionem, quis eſt qui poſſit unquam ſuperare? Certè quicunq; vel ſemel ejus periculum fecerit, in omnibus diſciplinis quæ ratiocinatione nituntur ſubtiliſſimum ac diſertiſſimum fuiſſe fatebitur. Jam verò virtus vitæque ſanctimo-
C nia, nullatenus iis dotibus inferior erat. Hunc nos perſecutionis tempore in Palæſtina latitantem ſeptem annorum ſpatio videre meruimus. Porrò Hieroſolymis poſt obitum Hymenæi cujus paulò ante meminimus, Zabdas adminiſtrationem illius eccleſiæ ſuſcepit. Quo non multò poſt defuncto, Hermon poſtremus eorum qui ante illam noſtri temporis perſecutionem fuerunt, Apoſtolicam cathedram quæ illic etiamnum ſervatur, obtinuit. Alexandriæ verò cùm Maximus poſt mortem Dionyſii eccleſiam octodecim annis rexiſſet, in ejus locum ſucceſſit Theonas. Sub quo etiam Achillas eodem quo
D Pierius tempore, preſbyterii honore decoratus, Alexandriæ claruit. Cui etiam Chriſtianæ fidei inſtitutio commiſſa erat. Hic præ ceteris omnibus, ſublimioris Philoſophiæ & evangelicæ converſationis ſincerum ſpecimen operibꝰ ipſis exhibuit. Poſt Theonam qui annis novemdecim miniſterio perfunctus eſt, epiſcopatum Alexandriæ ſortitus eſt Petrus. Qui quidem toto Sacerdotii ſui tempore quod annis geſſit duodecim, maximam quoque ipſe gloriam eſt conſecutus. Et ante perſecutionem quidem tribus fere annis eccleſiam rexit. Deinceps verò reliquum tempus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ætatis arctiore diſciplina ſemet exercens tranſegit; nec minus interim communi eccleſiarum utilitati magnificè proſpexit. Quam ob cauſam nono perſecutionis anno capite truncatus, coronam martyrii promeruit. Verùm epiſcoporum ſucceſſionis hiſtoriam, quæ à noſtri Servatoris ortu uſque ad eccleſiarum everſionem quinque ac trecentos annos complectitur, hic terminantes: deinceps quæ & quanta fuerint certamina eorum qui ætate noſtra pro religione fortiter depugnarunt, ad poſterorum memoriam literis mandare aggrediamur.

A ἑαυτόν τε ἦγε, καὶ τῆς κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν ὠφελείας οὐκ ἀφανῶς ἐπεμέλετο. ταύτῃ τοι ἐνάτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, τῷ τοῦ μαρτυρίου κατεκοσμήθη στεφάνῳ. ἐν τούτοις τὴν τῶν διαδοχῶν περιγράψαντες ὑπόθεσιν, ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἐπὶ τὴν τῶν προσευκτηρίων καθαίρεσιν, εἰς ἔτη συντείνουσαν πέντε καὶ τριακόσια, φέρε ἑξῆς τοὺς καθ' ἡμᾶς τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρισαμένων ἀγῶνας, ὅσοι τε καὶ πηλίκοι γεγόνασι, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς εἰδέναι διὰ γραφῆς καταλείψωμεν.

Finis Libri ſeptimi.

Τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου.

Τάδε καὶ ἡ ὀγδόη περιέχει βίβλος τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

α´ Περὶ τῶν πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ.
β´ Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως.
γ´ Περὶ τοῦ τρόπου τῶν κατὰ τὸν διωγμὸν ἠγωνισμένων.
δ´ Περὶ τῶν ἀοιδίμων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων, ὡς πάντα τόπον ἔπλησαν τῆς ἑαυτῶν μνήμης, ποικίλους τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀναδησάμενοι στεφάνους.
ε´ Περὶ τῶν κατὰ Νικομήδειαν.
ς´ Περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς οἴκους.
ζ´ Περὶ τῶν κατὰ Φοινίκην Αἰγυπτίων.
η´ Περὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον.
θ´ Περὶ τῶν κατὰ Θηβαΐδα γεγονότων.
ι´ Φιλέου μάρτυρος περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν πεπραγμένων ἔγγραφοι διδασκαλίαι.
ια´ Περὶ τῶν κατὰ Φρυγίαν.
ιβ´ Περὶ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, διαφόρως ἠγωνισμένων.
ιγ´ Περὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας προέδρων, τῶν τὸ γνήσιον ἧς ἐπρέσβευον εὐσεβείας, διὰ τοῦ σφῶν αἵματος ἐπιδεδειγμένων.
ιδ´ Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν.
ιε´ Περὶ τῶν τοῖς ἐκτὸς συμβεβηκότων.
ις´ Περὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον τῶν πραγμάτων μεταβολῆς.
ιζ´ Περὶ τῆς τῶν κρατούντων παλινῳδίας.

IN OCTAVO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO hæc continentur.

I. De his quæ noſtri temporis perſecutionem præceſſerunt.
II. De eccleſiarum everſione.
III. De variis certaminum generibus quibus martyres in perſecutione certarunt.
IV. De illuſtribus Dei martyribus, quomodo totum orbem famâ nominis ſui impleverunt, varias pro pietate coronas adepti.
V. De his quæ Nicomediæ geſta ſunt.